

burgensis (*liwāi-Isthūlī-Belighrād*) A. H. 1002
(Chr. 1593—4).

No. 356. Cod. turc. fol. obl., char. qyrma, continens conspectum possessionum peculiarium Praefecti Banatus Strigoniensis, et Commendatorum et Emphyteutarum hujus Banatus, item Praesidiariorum Vicegradensium, et aliquot Regesta Banatus Budensis et Novigradensis, e nova rescriptione quam aula Othomanica fieri jussit A. H. 1084 (Chr. 1673—4). Titulus exterior simpliciter: *Deftheri-tha' hrīri-djedidī-a'māli-liwāi-Usturghūn we-musīha' hfidhāni-qal'āi-Wischighrād we-tschen-d-qaid ez-liwāi-Budūn we-Nowīghrād el-wāqē' fi-seneh 1084*; sed titulus interior explicatus: *Idjmāli-chasse-hāi-mīri-liwāi-Usturghūn we-zu'amā we-crābi-thimāri-liwāi-mezbūreh we-musīha' hfidhāni-qal'āi-Wischighrād we-tschen-d-qaid ez-liwāi-Budūn we-Nowīghrād der-'hudūdi-Uiwār (أويوار) ber-mūdjibi-tha' hrīri-djedid bāfirmāni-āli el-wāqē' fi-seneh arba' we-θcmānīn we-elf.*

X—357. Cod. turc. fol. obl., char. neschi scriptus, continens recensum alphabeticum τῶν Qadhāliqlar imperii turcici (i. e. urbium quae τῶν Qādhilar s. Judicum sedes sunt, q. d. Judicaturarum), cum indicatione eorum qui iis A. H. 1123—4 (Chr. 1711—2) praefuerunt. Recensus non est absolutus; multa enim spatia aut plane vacant, aut locorum modo, non Judicum, nomina exhibent. Fol. 31 v. — 34 v. Recensus Judicaturarum Anatoliae, Syriae, Mesopotamiae et Armeniae, quae suis quaque banatibus (*liwālar*) subjectae sunt. Fol. 36 v. — 38 v. Earundem recensus ex ordine magnitudinis et dignitatis, cujus sunt gradus duodecim; quamquam extra ordinem ceterarum praemittuntur sex omnium maxime, et sex aliae dignitate illis subpare (menāsibi-sittihē et sitthehjeh qarib-ōlān-qadhālar).

X—358. Cod. turc. fol. obl., a pluribus ductu admodum vario, sed constanter char. diwani scriptus, continens exempla mandatorum imperialis ad viros variis in imperio turcico mune-

ibus fungentes et ad aliquot regiones et urbes missorum, ab A. H. 1067 (Chr. 1656—7) usque ad A. H. 1088 (Chr. 1677—8). Insunt etiam aliquot rationes char. qyrma scriptae. Cf. Codd. 372 et 387.

No. 359. Cod. formae maxime, ab auctore ipso, Aug. Pfeiffero, tunc temporis S. Scripturae Licentiato et Pastore ad aedem S. Afrae Misnensis, diligenter multaque arte scriptus, et Joanni Georgio II, Electori Saxoniae, ineunte A. Chr. 1677 oblatus, continens pia vota pro eo et domo electorali quindecim linguis, idque non raro versibus, concepta: germanice, latine, graece, hebraice, chaldaice (char. estrangelo, cum epimetro rabbinico), samaritanice, syriace, arabice, persice, turcice, armenice, iberice s. georgice, sinice, aegyptiace (idque dupliciter, coptice et hieroglyphice, sc. e ratione Kircheriana), tandem aethiopice. Finem faciunt duo disticha latina ad Electorem, et Προστίχη εἰς τὸν μῶμον, tribus distichis graecis comprehensa, quorum haec est sententia: se, qualia potuerit, dedisse, ut Domini (ἡλωες) sibi faverent atque ut doctrinae suae specimen exstaret. Quodsi bona sint, laudandum esse, qui ea dederit, Christum; sin mala, cogitandum, se esse hominem. Totum hoc monumentum Pfeifferum nostrum, qualis erat, ostendit: virum multae variaeque eruditionis et, praesertim pro illa aetate, admirandae πολυγλωττίας.

X—360. Cod. formae maxime, ab homine agricola, Nicolao Schmidt, incola pagi Rodenacker (sic), manu sua scriptus et Joanni Georgio I A. Chr. 1645 oblatus, continens alphabeta multarum linguarum, in his tamen commenticia et portentosa plurima, veluti Alphabetum Patriarcharum et alia similia; item linguarum illarum specimina, ut orationem dominicam, Canticum Mariae, Hymnum Ambrosianum, numeros, al.

X—361. Cod. turc. (quamquam etiam arabica quaedam et persica insunt) fol., paene totus e variis epistolis, diplomatis, mandatis, actis forensibus et civilibus, rationibus aliisque fragmentis, qualia forte fortuna in manus venerunt, compactus et conglomeratus. Ea quum a va-